Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

~~101a~~

~~IK 122 a~~

227 E 41

NKr. 1479
CA. 1193

Feuill. Prov. 1543 = Ned. Bibl. 1479

= Ch. 1195

Proct 9044

dit is Ch. 1193 = (laatste clypeels = CA 1195)

(mogelijk Ch. 1193 = Ch 1195
of Cop. I. 10638.
en Berger, Neuwmekers)

= zeker (vgl. met Ch 1195 te Utrecht) [illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Inc. 10638.

Quē iuuat: horrēdos Chri meminiſſe dolores
Paucis: hunc paruo comparet ęre ſibi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Dominici Mancini de paſſione domini noſtri Jeſu Chriſti liber incipit.

Propoſitio

Non hoīm laudes. nec fortia facta viroꝝ
Promē nūc meditor mlto maiora referre
Cōcepi Nā geſta dei: quę e. virgine matre
Natus homo terras ſeſe demiſit ad imas
In medium inſolita cupio memorare camena
Nec ſeries rerum geſtarum tota canenda eſt
Sed mors: ⁊ cauſę mortis referantur iniquę
Quam voluit chriſtus pro toto pendere mundo.
In cruce: iudeę pylato preſide terrę

Inuocatio virginis: ⁊ Euangeliſtarum

Virgo faue ceptis queſo ſanctiſſima noſtris:
Cuius opē ſupplex fruſtratꝰ nemo vocauit
Me rogo concilies nato: myſteria cuius
Aggredior: Vires mihi det conatibꝰ ęquas
Det mentem ſtabilem. duros perferre labores
Euadam vt voti compos: quo ſcribere poſſim
Quod mihi corde ſedet: quod tota mente voluto:
Scribere ſit mihi fas. non vllo numine leſo
Quicquid diuino nuper calefactus amore
Spiritus admonuit: non hec audacia culpę:
Nec data ſint vitio que ſcribam carmina vates
Sit labor hic ſuperis gratus: populiſqꝫ futurus
Vtilis vt capte primum: modulamine muſę
Admittant ſenſum chriſti ſubeuntis amorem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Et vos o fidei quam lucentiſſima noſtrę
Lumina: Joannes: ⁊ Luca: tu quoqꝫ marce:
Matthei socij: de chriſto vera loquuti
Eſte duces vati veſtigia veſtra ſequuto
Verſibus vt poſſit conſtringere quicquid vbiqꝫ
Sparſiſtis varijs concordi mente libellis
A ſerie ne ſim lapſus: ne ſarcina carnis
Obſiſtat ſanctis gerimus que pectore votis
Dicite ſed primum cauſas: quibus impia gens eſt
In facinus tantum: tantum quoqꝫ lapſa furorem
Ut chriſto immeritam conquireret vndiqꝫ mortem

¶ De cauſis in gñe: quibus principes Sacerdotum moti. Mortem in chriſtum ſunt meditati

Feruebant totum miracula clara per orbem
Que dabat in populos: diuulgans noīa patris
Chriſtus: ⁊ obiurgans iudęum crimina verbis
Pontificum nulli parcit: nulliqꝫ minorum:
Dum mala condēnat: dum que ſunt optima monſtrat
Jam pars magna deum plebis veneratur: adorat
Cum videat multos fuerant qui lumine capti
Optata excuſſis nunc vti luce tenebris
Cumqꝫ olim mutos: ſpectet nunc munere linguę
Fungier: ⁊ certas voces reſonare loquentes
Cernebat pariter nonnullos limina vitę
Tranſgreſſos. rurſus vitali veſcier aura:
Infernaſqꝫ domos linquentes ſurgere viuos.
Tum qui non poterant pelli de corpore morbos.
A chriſto pulſos: qui ventis imperat ipſis
Et mare tranquillum ſub tempeſtate reducit:
Qui potuit plantis ęquor percurrere tutus
Panibus ⁊ quinis qui milia quinqꝫ virorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Expleuit: lymphas qui in bacchica munera vertit
Erexit claudos: ⁊ ſurdis reddidit aures
Corpora ſpiritibus ſoluit vexata malignis:
Turba ſacerdotum contra irritata fremebat
Talia ꝙ chriſtus faciat quodꝫ ipſa notata eſt
Luxurie faſtus: ⁊ rerum turpis amoris
Sed mage ne chriſto credat plebs tota. verentur
Atꝫ ideo ſpreti. toto ſpolientur honore:
Nanꝫ vident. populus ꝙ iam ſtudioſius audit
Verba dei: ſacro loquitur que filius ore

¶ De conſilio a Iudeis inito ⁊ primo eorum conatu: vt chriſtum caperent

Dum timor hic igitur cruciat: liuorꝫ perurit
Pectora pontificū: ceperunt querere cauſas:
Vt damnare virum poſſent: ⁊ tradere morti:
Cumꝫ dies feſtus. quem ſcenophegia dicunt
Luxiſſet: famulos mittunt comprehendere chriſtum
Dum docet in templo: venientes vndiꝫ turbas:
Sed quia preſcripte mortis non venerat hora
Qui fuerant miſſi non hunc tenuere miniſtri:

¶ De duabus alijs cauſis in ſpecie: ⁊ conatibus Iudeorum vt Chriſtum lapidarent

Quin etiam rurſus cum circunſtante caterua:
Diceret: haud habraam fuerat quo tp̄e iam ſum
Sed prior ipſe fui: Succenſi protinus ira
Accurrunt: lapides quo iactent: agmine facto:
Obrutus vt iactis pereat ſub pondere ſaxis
Sed fugiens latuit Ieſus: temploꝫ receſſit
Nec minus ⁊ lapides iterum iactare parauit
In ieſum: exanimem mittat quo prorſus ad orcum
Gens fera: ꝙ ieſus dixit preſente corona

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

A patre non alius ſum natus: ſed ſumus vnum
Et pater eſt in me: pariter ſum natus in ipſo
Nec tamen iniecit lapides: ſed ſe ipſa repreſſit
Quod manibus prenſum ſperauit turba tenere
Ille ſed e. manibus lapſus: ſe ad tuta recepit.
Et fugiens vltra iordanem: littus amauit
In quo baptizans ioannes ante manebat:
Ad quem mirantes multi venere: fidemqꝫ
Exhibuere ſuis dictis: precepta ſequentes.

¶ De Reſurrectione Lazari potiſſima cauſa mortis chriſti: Caiphas ſacerdos officio vtitur prophetico et in chriſtū conſpirat Chriſtus cū ſocijs fugit in vrbem effrem.

Interea dum littus amat: tutoſqꝫ receſſus
Incolit a martha Mariaqꝫ ſororibus ecce
Nuncius effertur: quando ꝓperare rogabant
Bethaniam vellet. caſtellum: Namqꝫ laborat
Lazarus e morbo grauiter: mortemqꝫ timebant
Is fuerat frater Marthe Marięqꝫ ſororum
Quos omnes miro chriſtus dilexit amore:
Id quoqꝫ caſtellum zolyma diſtabat ab vrbe
Octonis ſtadijs: quod ſub ditione tenebant
Nomine communi. ſolo cum fratre ſorores
Audijt vt chriſtus quia corpore Lazarus ęgro
Eſſet. adhuc binas ceſſat diſcedere luces
Conſulto: mox inde ſuis: nos inquit oportet
Tendere bethaniam (prorſus mora ceſſet) eamus
Reſpondent illi non ęqua id mente ferentes
Cum lapidum memores eſſent. actiqꝫ furoris.
Illuc ire paras: vbi nuper perditus eſſes:
Huc niſi fugiſſes: Credis ꝙ miſerit iras

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Gens infenſa tibi: Sed chriſtus reddidit illis.
Dum lux eſt terris graditur quicunqʒ viator
Sed cum nox venit: ſiſtit: tectoqʒ quieſcit
Lazarus in ſomno eſt: Uadam quo ſurgat: ⁊ illi
Reſpondent: igitur (quia credunt eſſe quietis
Somnum) ꝙ cepit languens dormire. valebit
Rem tūc explicuit. Defunctus munere vitȩ eſt
Lazarus. ⁊ letor: quo vos credatis: ad illum
Jam carpamus iter: venerunt ergo profecti:
Quatriduo clauſus cum iam tellure fuiſſet
Nec tamen adueniens. Caſtelli mȩnia primum
Intrauit Jeſus: propius ſed conſtitit illud.
Cum forte aduentus: Marthe peruenit ad aures
Ante alios: aures namqʒ illa arrecta manebat.
Obuia tum cunctis dimiſſis. ſola cucurrit
Mȩnia preteriens: vbi coram conſtitit illa
Tunc lachrymans inquit: frater non mortuus eſſet
Si domine hic preſens: illo languente: fuiſſes
Sed quodcunqʒ deum poſces: (non tempore ſerum ē)
Omne dabit nato: nihil eſt quod deneget ille
Reſpondit dominus: iam frater Martha reſurget
Et viuet rurſus: fateor tunc illa: ſed id cum
Conſurgent omnes: aderuntqʒ nouiſſima mundi
At dominus referens. Ego ſum ſurrectio: vita
Quiſquis me credit viuet reuocatus ab orco
Si ſit iam functus: nec ſi ſit viuus. obibit
Eternum: credens ſed mecum vixerit omnis
An mihi que dico credis: Tunc annuit illa.
Atqʒ abiens properat Marię narrare ſorori
Aduentum domini. Spem concipit inter eundum:
Attamen ⁊ metuit. Superat ſpes ipſa timorem

Tunc maria in medijs domibus permeſta ſedebat:
Quam ſtantes circum conſolabantur amici
Quiqꝫ e longinqua fuerant regione profecti
Que ſubito vt tacito monita eſt: velocior aura
Currit: ⁊ egrediens portas cito conſtitit illic:
Chriſtus vbi ſtabat: qui non dum venerat intro
Hanc ⁊ que circumfuerat. tunc turba ſequuta eſt
Ploratum ad tumulum nam tedere quiſque putabat
Vt ſtetit ante pedes. cecidit: ſub lapſa: iacenſqꝫ
Ceu foret examinis (tanto confecta dolore eſt)
Vix inter lachrymas fatur. non frater obiſſet
Si dum languebat preſens hic chriſte fuiſſes
Hanc ſpectans ieſus plorantem funera fratris
Que laniata comas complebat planctibus auras
Spectans ⁊ meſtę lachrymantia lumina turbę
Vocibus ⁊ palmis teſtantis corde dolorem
Infremuit grauiter turbatus pectore toto:
Verſus ad aſtantes inquit: monſtrate ſepulcrum
Quo poſuiſtis eum: Ducunt tunc ocyus ipſum
Ad tumulum flentes: ⁊ tunſi pectora pugnis
Nec tenuit lachrymas pergens: quin pectore rurſus
Infremuit tumulum ſpectans: turbeqꝫ frequenti
Tollite ait lapidem: lapis eſt nam deſuper ingens
Speluncę: qua corpus erat: Sed martha vetabat
Id fieri: ne turba graui premeretur odore
Quatriduo iacuit dicens: fetet inde cadauer
At dñs contra: Martham conuerſus ad ipſam
Nonne ego te monui toto ſi pectore credas
Quod liquido cernas q̄ꝫ magna eſt gloria patris
Poſt oculis celum dñs ſuſpexit. ⁊ inquit
Gratia ſumme pater tibi ſit: quia poſtulo ſiquid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Das mihi: poſt magnam miſit ſic pectore vocem
Lazare ſurge: foras prodi: Nunc lazarus ipſe
Paulatim membra attollens: ſe erexit in altum
Tanq̃ de ſomno ſurgat. ſic oſſa tremebãt
Sic titubant artus: ⁊ nutat pondere moles
Ut ſolet in longa paſſus ieiunia febri
Sed conſuta tenet pedibus manibuſq̃. ligatum
Inſtita: tum faciem conſtringunt lintea vinctam
Soluite ait dominus: Poſtq̃ fuit ille ſolutus
Aſtitit incolumis: ceu nunq̃ mortuus eſſet
Lazarus: atq̃ iterum viuis ſe miſcuit ortus.
Hec fieri vidit iudeum maxima turba
Credidit atq̃ videns Sed quidam tunc phariſeos
Pontificeſq̃ adeunt: Narrant que geſta fuere
Concilium cogunt illi. dicuntq̃ viciſſim:
Quid facimus: nam ſigna facit: ſi mittimus illum
Sic: omnes credent: veniet romana poteſtas:
Atq̃ locum noſtrum. tollet tum deniq̃ gentem:
Tunc vnus Caiphas ex ipſis munere fungens
Pontificis: tanq̃ vates: hec protulit ore
Expedit hoc vobis pro tota gente: q̄ vnus
Occidat: vnius populus ſit morte redemptus
Ne gens tota cadat. Si ſic eſt ille propheta
Impius exorſus: Nam non hac mente ferebat
Ut credat populi ſic conſuluiſſe ſaluti:
Sed quia tunc ſummus redimitur honore ſacerdos
Res fuerat veras: mendaci corde loquutus
Ergo iam ex illo iudei tempore querunt
Ut perimant hominem. dederant mãdata per omnes
Finitimas oras: vt ſi quis viderit ipſum
Indicet: vt capiant. Chriſtus ſecreta petebat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Non auſus prodire palam: ſe contulit effrem
Cum ſocijs vrbem: procul ad deſerta remotam

¶ De feſto paſche: ⁊ reditu chriſti in Bethaniam De cōuiuio Simonis: ⁊ vnguēto Marię magdalenę De admurmuratione diſcipuloꝝ contra Mariam De pactione Iudę cum principibus de. xxx. denarijs De conſilio a iudeis inito etiam contra Lazarum

At dum longinqua chriſtus regione moratur
Ecce ꝓpinquabat feſtū ſolemne: quotannis
Quod iudęa colit. Phaſe dixere vetuſti:
Poſt alij dicunt tranſlatio nomine paſcha:
Tranſitus at noſtri poſſent tranſferre latini
Nam deus ęgyptum per totam tranſijt. omne
Percutiens primogenitum. diſcrimine nullo:
Seu foret illud homo: ſeu brutum morte peremit
Poſtq̄ dies ſeptem populus tranſiuit. ⁊ ipſe
Liber ab ęgypto: multos vbi ſubditus annos
Seruierat: nomen dederat res ipſa dici
Propterea ex veteri ſeruato in ſecula ritu
Azima ſeptenis editur tunc eſca diebus
Inq; die quartodecimo ſub veſpere. menſis
Quem dicunt illi primum (Nos nomine martis
Dicimus) incipiunt tales producere ritus
Gens tota in primo de ſeptem veſcitur agno
Aſſato: pariter lactucas mandit agreſtes
Queq; vorant agnum. ſoliti ſunt paſcha vocare
Cuius nil reliqui debet veſcentibus eſſe
Oſſa nec in toto fuerat fas corpore frangi
Mos autem fuerat iudęis tempore priſco
Ante diem feſtum Solymorum tendere in vrbem.
Ut ſe ſanctificent: ⁊ iam conuenerat illo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

De tribubus cunctis non enumerabile vulgus
Quod quia de chriſto partim rumore ferente.
Audierat pertim coram cognouerat ipſum:
Cum ſtudio tantum querunt audire prophetam:
Quem cum non videant in templo more docentem
Jam ſolito: paſſim mixto ſermone loquuntur:
Dicentes quid nam cauſe. vos eſſe putatis
Jlle die feſto ꝙ non conuenit ad vrbem
Per ſex paſcha dies abierat: cum chriſtus in oras.
Bethanie rediit: ſubiens qui tecta Simonis:
Leproſi conuiua fuit. tunc Lazarus ipſe
Affuit infernis nuper reuocatus ab vmbris
Et de conuiuis fuit accumbentibus vnus.
Martha miniſtrabat menſis operoſa recurrens
Nunc huc nunc illuc illis dum vina propinat.
Sollicita: ⁊ lautis dapibus dum perficit orbes
Sed maria eſt aliis hoc tempore dedita curis:
Nam tulit vngentum precioſum pondere libre:
Quod ſpico ⁊ nardo factum: fragrabat odorem:
Pyxide mox fracta qua clauditur ex alabaſtro
Jn caput effudit domini cenantis ⁊ inde:
Prona pedes vnxit: terſitqꝫ ſubinde capillis:
Ex quo tota domus mirum perſenſit odorem.
Hec cum diſcipuli vidiſſent ore frementes:
Aduerſus mariam: tacito ſic murmure ſecum
Obtrectant omnes: ad quid diſperdidit illud
Quod potuit melius precio diuendere multo.
Et dare pauperibus: Sed Judas qui ſcariotes
Dictus: ex omni numero qui peſſimus vnus:
Verba palam cunctis audaci protulit ore
Cur non ter centum nummis hec vendita merces:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Ut data ſit potius quibus hec debetur egenis
Non autem dixit: quia ſit ſibi maxima cura
De miſeris: immo loculos quia falſus habebat:.
Et de donatis partem fur demere rebus
Qui ſolitus: tantam doluit fugiſſe rapinam
Quod cum vidiſſet ieſus ſic fatur ad illos
Cur hanc non ſinitis. Cur pergitis eſſe moleſti.
Nanqꝫ opus ipſa bonum mulier modo contulit in me
Quippe inopes multos vos ſemper habere poteſtis
At me non veſtrum eſt. vobiſcum ſemper habere:
Quod potuit fecit: preuenit inungere corpus
Officiumqꝫ meo ſoluit nunc ipſa ſepulcro
Tunc abijt Judas ad primos: et phariſeos
Ad quos ſic inquit: Precij quid tradere vultis.
Ipſe ego ſi tradam cupitis quem prendere chriſtum
Triginta ſtatuunt illi tunc ſoluere nummos
Argenti: Tanti eſt chriſtus diuendita merces
Inde modum querit Judas. quo tradere poſſit:
Namqꝫ timet quenqꝫ faciat ne turba tumultum
Et quia per totam iudȩam fama vagata eſt:
Quod tunc bethanie cum chriſto lazarus eſſet:
Quem modo de tumulo functum reuocauerat atro.
Vndiqꝫ turba ruit ſtudio commota videndi.
Hoc facinus tantum: capiunt vix tecta cateruas
Propterea pariter turbati tunc phariſei:
Et tibi crudelem meditantur lazare mortem.
Nam tua cum videant turbȩ miracula credunt
In chriſtum populis credendi maxima cauſa es:.

Ieſus venit in montem oliueti ſedēs ſup pullū aſinȩ
Turba comitatur ieſum intrantem hieruſalem
Ieſus aſpiciens vrbem: futura predicit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Jeſus intrat tēplū et expellit vēdentes et ementes ſub uertens cathedras:.

Poſtridie ab hierico chriſtus dū pergit in vrbē·
Iam prope caſtellū bethfage nomine dictum
Venerat:et meditans aduerſū ſcādere culmē
Montis oliueti:quod deſuper eminet vrbi:
Ad ſocios verſus dixit ſic ille duobus:
Ite in caſtellum:quod contra eſt:ſoluite pullum.
Atq; aſinam biuio primum quos forte ligatos
Cernetis. propere ducatis protinus ad nos
Si quis forte vetet vos ducere. Dicito noſtro:
Sic opus eſt domino:ſubito vos mittet abire
Sic faciunt iuſſi:quem nemo aſcenderat vnq;
Perducunt pullum:ſternunt quem veſtibus illi
Poſt ſuper imponunt dominum:greſſumq; ſequunt.
At comites turbę ſternebant ſtrata viarum
Veſtibus:aut patula demptis ex arbore ramis
Ornabant paſſim qua tranſitus eſſet eunti:
Preterea populi quos feſtum traxit in vrbem:
Cum noſcent dominum certo rumore venire:
Accipiunt ramos palmarum. ſigna ferentes
Leticie et facto ſic ordine leta iuuentus
Obuia procedit:. Sed cum deſcendere colle
Cepiſſent turbę:propiuſq; accedere portas:
Tunc qui precedunt:ſimul et qui terga ſequuntur.
Ore ferunt laudes. alta ſic voce canentes
Nomine qui domini veniſti. ſis benedictus
O ſanna o fili: Dauid: o qui maxima terris.
Pax et inexcelſis ingens es gloria rebus
Dum vehitur ieſus ſpectauit deſuper vrbem
Et fleuit dicens:quia non tua tempora noſti,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Nec fuit auditus tibi qui conferre ſalutem:
Venerat: aduenient hoſtes: qui męnia vallo.
Circundent: duraqꝫ fame te protinus arctent
Quiqꝫ ſolo muros ęquent: et corpora perdant:
Non in te lapidem lapidi ſupereſſe relinquent:
At poſtq̄ꝫ intrauit ieſus comitante caterua
Męnia: continuo murmur peruaſerat vrbem
Attonitam. tantum miratur quiſqꝫ tumultum.
Ambiguus tantos cui plebs preſtaret honores.
Is ſubiens templum primum circumſpicit illud
Nec mora de templo. vendentes expulit omnes
Expulit et pariter quoſcunqꝫ inuenit ementes
Inde trapezitum menſas ſubuertit et idem
Subuertit cathedras qui vendunt ęre columbas
Ad quos ſic inquit. Scriptum monumenta reſeruāt.
Quod domus orantum mea ſit: ſic ipſa vocata eſt
Sed vos ſpeluncę latronum redditis inſtar
Non decus eſt ſummi: non hec eſt gloria patris
Tunc etiam greſſum claudis: et lumina cęcis
Reſtituit varijs languentia corpora morbis
Curauit: Demum ſub veſpere tecta reuiſit.
Bethanię. Nam ſemper ibi domus certa hoſpita eſt
Hinc repetit prima templum ſub luce ſequenti.
In quo multa docet coram tentantibus illis
Vt poſſint aliquo chriſtum deprendere verbo
Pontifices igitur querebant perdere ieſum:
Sed dubij ignorant: quo pacto ſit peragendum:
Nanqꝫ vident totas poſt chriſtum pergere turbas
Suſpenſaſqꝫ hominum mentes ſermone teneri:
Qui fluit a ſacro domini ſaluberrimus ore:
Ieſus facit paſcha cum diſcipulis ſuis ⁊ corū pedes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

lauat: Jeſus predicit ſe tradendum eſſe: ⁊ in cęna ſacra-
menta inſtituit corporis ⁊ ſanguinis

Et iã feſta dies aderat: cum paſcha ſolebat
Occidi domibus pariter cũ quiſqꝫ iubetur.
Azima ſinceris epulari: munera menſis
Tunc adeunt chriſtum ſocij ſic ore loquuti.
Ecce dies venit qua ſunt ſolemnia paſchę
Cum iubet aſſato ritus nos veſcier agno:
Si placitum dicas. vbi vis tibi paſcha paremus:
Tunc ille ad petrum ⁊ ioannem tendite in vrbem
Dixit: ⁊ occurret vobis: qui forte lagenam
Portat aquę: veſtros poſt illum tendite greſſus
Vſqꝫ domum: quãcunqꝫ: ſubit: ſubeatis ⁊ illam
Dicite tunc domino: iuſſit nos ire magiſter.
Ad te qui dicit nobis cenacula monſtres:
In quibus hoc hodie poſſimus paſcha parare
Oſtendet medijs. ſtratam penetralibus aulam
Illic quicquid opus nobis: ſocijſqꝫ paretis
Sic faciunt illi: Venit cum tempus edendi
Accubuit medius circum accumbentibus illis
Et cum cęnarent: ſacro ſic incipit ore
Cum deſiderio vobiſcum hoc paſcha cupiui
Manducare priuſqꝫ ſim mea funera paſſus.
Nãqꝫ illud poſthac comedam non amplius vnqꝫ
Donec plena mei patris ſint omnia regno
Tum calice accepto vinum partitur in omnes
Et dixit poſthac nunqꝫ de hoc flumine vitis
Ore bibam donec omnes noua vina bibamus
In domibus patris noſtri. cum pace recepti.
Poſt paulo aſſurgens cũ nondũ cęna parata eſt
Depoſuit veſtes: ⁊ ſeſe lintheo circumcinxit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Succinctus. properat lymphas infundere peluim:
Diſcipuliſq; lauare pedes: ⁊ tergere panno:
Quo precinctus erat: quos ordine dum lauat oēs:
Ad petrum venit: Turbatus dicere petrus
Incepit: pedibus mihi fas eſt ipſe miniſtres
Cui referens ieſus: que nunc myſteria fiant
Ignoras prorſus: Liquido poſt omnia noſces:
Quare extende pedes pariter tibi petre lauandos.
At petrus hec renuit: tanq̃ que indigna recuſat
Eternum dicens: nunq̃ me chriſte lauabis
Ad quem ſic chriſtus: Si te non lauero petre
Non tibi pars mecum fuerit: tunc ocyus ille:
Non pedibus tantum lymphas mihi ſparſeris: immo
Et capiti ⁊ manibus fontes ⁊ flumina fundas
At cum lauiſſet: veſtes mox ille reſumpſit
Et rurſum menſę accumbens: hec protulit orſus
Vidiſtis nuper que vobis ordine feci:
Dum pedibus lymphas ſparſi: dum colla ſubegi:
Quamuis ſim dominus: ſim quamuis ipſe magiſter.
Nempe exempla dedi: quod feci vt vos faciatis
Alter vt alterius ſit ſeruus. ſitq; miniſter
Qui maior veſtrum eſt: ſimilis velit eſſe minori
Et qui pręcedit: fiat velut ipſe miniſtret:
Non domino maior ſeruus: mittente nec ipſo
Eſt maior miſſus: Quare faciatis ⁊ ipſi
Ipſe ego quo feci: dominum quem dicitis eſſe
Hinc panem accepit. quem fregit ⁊ benedixit
Poſt tribuens illis inquit iam ſummite corpus:
Nanq; meum vere corpus. quod ſumitis. hoc eſt
Quod datur ad mortem pro vobis: ne pereatis
Hocq; mei memores poſt ſemper vos facietis:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Sic etiam calicem ſumpſit cęnatus: ⁊ inquit
Diſtribuens illis: ex hoc ſimul ore bibatis:
Nam meus eſt ſanguis pro multis qui redimendis
Fundetur populis. Cepit data munera quiſqꝫ
Sanguinis: ⁊ carnis: multo veneratus honore
Et ſubdit: verum volui vos ante monere
Quod cito iam fiet: capiti quod protinus inſtat
Me. veſtrum tradet mecum qui veſcitur vnus
In menſa manus eſt eius: comeditqꝫ bibitqꝫ
In ſimul hoc tantum verſat qui pectore crimen
Quod cum dixiſſet: vario cum murmure triſtes
Turbantur ſocij: Quis nam foret ille nefandus
Inter ſe querunt Dominum ſic quiſqꝫ rogabat
Nunquid ſum dicas: Dominus ſic reddidit illis:
Qui ſimul eſt mecum: immittitqꝫ parapſide dextram
Is dominum tradet: Sed multo ſanctius eſſet
Si nunqꝫ natus tetigiſſet munera lucis
Reſpondit iudas: facinus qui corde gerebat
An ne ego ſum Rabbi: cui dixti retulit ipſe
Preterea ex ſocijs quidam. quem chriſtus amabat
Forte ſinu domini triſtis recubabat. at illum
Admonuit nutu petrus: quis proditor eſſet
Vt querat. de quo dominus ſentiret: ⁊ ille
Incubuit ſupra pectus: dominumqꝫ rogauit
Quis foret is Tacito reſpondit murmure chriſtus
Cui panem intinctum dedero. mihi proditor ille eſt
Et ſubito intinctam iude porrexit ofellam
Adijciens propera quicquid facturus: abiqꝫ
Is ſubito exiuit: potuit nec noſcere quiſqꝫ
Ex ſocijs quid verba dei ſic dicta iuberent
Sed quia nummorum loculos is forte tenebat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Crediderant quidam: q quid mandaſſet emendū
Quod tunc feſta dies: ſolemneq; paſcha requirat
Aut dare de loculis quicq; mandaſſet egenis

Jeſus ſecedit in villam Gethſemani in mōte oliueti
Jeſus orat ter in orto: ⁊ ſanguinē ſudat pre triſticia
Judas venit cum cohorte: Chriſtus capitur: ⁊ Petrus
amputat aurem Malchi ſerui.

Poſtq; ſic fatus: Dixerunt ordine laudes
Poſt epulas dici ſolitas: cū menſa remota eſt
Hinc iter ad montē carpunt cui nomen oliue
Indiderant: illic nam pernoctare ſolebant
Interea ad ſocios loquitur. ſic inter eundum
Omnes hac in me facietis ſcandala nocte
Nam ſcriptum eſt pecudes ſpargi: ſi vulnere paſtor
Percuſſus iaceat: Vobis predico ſed illud:
Quod cum poſt mortē. vimētia membra reſumam
Tunc adero vobis precedens in galileam
Ad quem ſic petrus: q; vis defecerit omnis
Ipſe tamen poſſim patiens occumbere tecum:
Nec tibi deficiā: Reliqui promiſſa ſequuntur.
Tunc petro ieſus: quin me ter nocte negabis
Hac prius: acclamans q; gallus murmure cantat
Poſtq; veniſſent in villam nomine dictam
Gethſemani: dixit ſocijs tellure ſedete.
Donec non longe vadam: quo pronus adorem
Et comites petrum: tum natos e zebedeo
Aſſumpſit: pergens tantum progreſſus ab illis
Quantum quis iactu lapidem torquere lacerto
Poſſet: ⁊ exiguum torrentem nomine cedron
Tranſgreſſus: ſolitum ſubijt quem nouerat ortum:
Poſt ait ad comites: vultus mutatus. ⁊ ora

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Eſt anima ad mortem multa formidine triſtis
Siſtite vos vigiles hic: procedenſq; puſillum
In faciem cecidit pronus: ſicq; incipit orans
Summe pater: qui cuncta potes: rogo transfer amarū
Nunc calicis potum: Si vis hec tranſeat hora:
Non tamen vt vellem: ſed ſit tua facta voluntas
Sic poſtq̃ oraſſet: petrum ſocioſq; reuiſit
Qui pre triſticia lapſi ſua membra quieti:
Iam dederant: altum carpentes murmure ſomnum
Et dixit petro: non vna peruigil hora:
Eſſe potes mecum: vigiles orate malignus:
Ne vos ſeductor tentet: Nam ſpiritus ipſe
Promptus adeſt infirma caro fragiliſq; labanſq;
Atq; iterum rediens ſermonem orauit eundem.
Sed repetens ſocios claudentes lumina ſomno:
Inuenit: fuerant oculiq; ſopore grauati
Hinc rediit rurſus que ſunt orata perorans
Tunc iacuit multo mens conſternata timore
Factus vt exanimis penas dum corde volutat:
Frigida ſudarunt nam laſſo in corpore membra
Tum quoq; qui multo manauit flumine ſudor
Is ceu ſanguis erat: terram defluxus ad imam
Angelus e ſummo venit tunc lapſus olympo:
Solatus dominum. qui iam ſe fecerat agnum
Et demum ad ſocios: veniens conſpexit eodem
Comprenſos ſomno: fatur quis voce benigna
Dormite o ſocij: ſimul & requieſcite laſſi
Sufficit: Ecce venit tempus: iamq; hora propinqua
Qua dabor in manibus peccantum: Surgite eamus:
Nam prope qui me tradet adeſt. illoq; loquente
Ecce venit Iudas primus: Duciteq; cohortem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Fuſtibus ⁊ gladijs cinctam: quam concio pridem
Sęua ſacerdotum dederat: Tunc lumina preſtant
Ignibus accenſis lanternę nubila noctis
Uincentes. facinus peragit dum turba cohortis
Militibus ſignum dederat: quencunqꝫ fuiſſet
Amplexus. caperent illum. vinctumqꝫ tenerent
Accedens igitur. chriſtum falſo ore petiuit
Et dixit Salue rabbi: cui chriſtus amice
Ad quid veniſti. Fatur. Sic prodimur abs te
Oſcula dum preſtas: Procedens obuius ipſis
Militibus ſeuis: Sed vos quem queritis inquit:
Hi referunt ieſum: quem nazareth edidit olim.
Ipſe ego ſum Jeſus dixit. Tunc turba retrorſum
In terram cecidit: chriſtus quem queritis ipſi
Rurſus ait: chriſto ſicut reſponderat ante
Turba refert: ieſum quem dicunt Nazareth ortum
Ecce ego ſum ieſus: dixi: non ipſe negaui
Sed ſi me petitis: ſocios mittatis abire
Tunc armata cohors proprius ſeuuſqꝫ tribunus
Acceſſit: Sęui propius ceſſere miniſtri
Injiciuntqꝫ manus: nectentes vincula capto
Tum petrus exemit gladium quem forte gerebat
Principis ⁊ ſeruo qui dictus nomine malchus
Amputat auriculam: multo cum ſanguine dextram
At ieſus petro: Gladium conuerte coruſcum
Condeqꝫ vaginę: Nam quiſquis ceperit enſem
Ut quenqꝫ perimat: gladio ſimul ipſe peribit
Nonne putas patrem precibus me flectere poſſe:
Qui mihi biſſenas legiones mittet ab alto
Preſidio angelicas: ⁊ plus ſi plura rogabo
Sed quo nam pacto. ſi contra fata reluctor:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Scripta prophetarum fuerint impleta ſacrorum
Me. bibere hunc calicē. genitor quem miſit. oportet
His dictis tetigit: Malchi qui ſaucius aurem
Et mox incolumen fecit: poſt verſus ad illas
Sic inquit turbas. Tanq̃ iam latro fuiſſem
Ad me percincti gladijs veniſtis: ⁊ armis
Nonne ego vobiſcum verſatus tempore longo
Et prope quaqꝫ die ſtabam: temploqꝫ docebam
Cur me non captum tenuiſtis: nulla facultas
Nempe fuit vobis: quia non dum dicta prophetum
Ordine preſcripto fuerant impleta: ſed hec eſt
Que primum vobis tenebrarum facta poteſtas
Tunc fugiunt comites. chriſto inter tela relicto
Diſcipuloſqꝫ ſui ſubijt non cura magiſtri
Sed tamen ex illis vnus: Cui iunior etas
Captus ab armatis: prenſa dum veſte tenetur
Labitur e manibus nudus: veſtemqꝫ reliquit

¶ Jeſus ducitur ad Annā: ⁊ petr⁹ primo negat ieſum Jeſus mittitur ab Anna ad Caypham: ⁊ falſi teſtes producuntur contra eum Petrus iterum atqꝫ iterum negat ieſum: Gallus cantat. ⁊ petrus amare flet

Ducitur ergo: man⁹ ieſus poſt terga reuinctus
Ad ſocerum cayphe primo: qui dicitur annas
At petrus a lōge ſequitur: comitatur ⁊ illum
Alter diſcipulus. que iam notiſſimus olim
Pontifici fuerat. Solus quiqꝫ atria primum
Cum turbis ſubijt. Petrum poſt duxit ⁊ intro
Fretus amicicia ſeruantis limina porte
Ancille: que intrare videns tunc atria petrum
Contemplata virum. dixit. ſed nunquid ⁊ ipſe es
Huius diſcipulus Non ſum rn̄dit ad illam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Petrus: ⁊ prunas (fuerat nam frigus) adiuit
Se miſcens alijs: aderant qui in cohorte miniſtris.
Poſtq̃ ſic dñs vinctus perductus ad annam:
Hunc ille interrogat: qui ſint ſua dicta ſequentes
Diſcipuli: ⁊ que ſint illis que dogmata monſtrat
Cui ieſus: coram mundo preſente loquutus
Sum nihil occulte: Nam templis ⁊ Synagogis
Dogma dabam populis. Ex ipſis querite quid ſit
Pontificis quidam ſeruus tunc parcitus ira.
In facie chriſtum palma percuſſit: ⁊ inquit
An ſic pontifici reſpondes. Talia contra
Verba dedit ieſus Si ſum male fatus. id ipſum
Atteſtare: meos vultus cur cedis. ⁊ ora
Hunc Annas igitur cinctum cuſtode. remiſit
Ad generum Cayphan: Cayphas nam forte gerebat
Pontificis curas illius ſedulus anni
Ad quem pro tantis tractandis tota cucurrit
Concio ſcribarum: phariſęos ⁊ ſeniores
Aſſectata duces: eadem quos cura tenebat
Querebant igitur falſos producere teſtes
Vt damnare virum poſſent. multiq̃ fuerunt
Teſtantes falſum: Sed nec concordia dictis
Affuit illorum. Tandem dum multa requirunt.
Aduenere duo: Dicunt qui accepimus ipſum
Dixiſſe. vt templum ſanctum diſrumpere poſſit
Et triduo reparans rurſum componere totum
Tum Cayphas tumido ſurgens hec protulit ore:
Tu nihil aduerſum teſtes: ⁊ dicta refellis
Nonne audis quantę depromunt crimina noxe:
Sed dominus tacuit. Cayphas ſic querere rurſus
Per viuum te adiuro deum: mihi vera fatere:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Fare age ſis ne dei quem dicunt filius ipſe
Tunc ego ſum dixit: Cunctiq; videbitis olim
Cum veniam rurſum lapſus per nubila cęli
Uirtutiſq; dei ad dextram: ſolioq; ſedentem
Et reprobis pęnas ſtatuentem: ⁊ premia iuſtis
Tunc princeps veſtes ſcidit: ⁊ conuerſus ad illos
O proceres nullis iam teſtibus inquit egemus
Audiſtis q̄tum crimen nunc excidit ore
Blaſphemus coram eſt: decernite quod ſit agendum
Reſpondent proceres. Det pęnas ille ſupremas:
Nam reus eſt mortis. Famuli ſeuiq; miniſtri
Tunc faciem ſputo fedant: Pars altera; cedit
Sęua humeros colaphis: cedit pars altera vultus.
Incutiens palmas: certantq; illudere ceſo
Dicentes nobis dicas nunc chriſte propheta
Quis te percuſſit: tua quis nunc ora cecidit:
At petrus interea ſtudioſus cuncta videndi
(Optat enim finis quis ſit cognoſcere rebus)
Principis vſq; domum. turbas poſt terga ſequutus
Atriaq; ingreſſus: ſeſe ſimul igne fouebat
Affantur petrum: Tu deq; ſequacibus vnus
Illius fueras. Petrus ſic eſſe negauit:
Adiurans hominem q̄ nunq̄ nouerat illum
Tempore poſt modico. ſpacio non amplius horę
Accedens quidam Malchi cognatus. ⁊ ipſe
Pontificis ſeruus Petrum conctando rogauit
Nonne ego cum reliquis vidi te nuper in horto
Eſſe illi comitem: modo cum deprendimus ipſum
Ne vade inficias: Nam te tua nota loquela
Prodit. ⁊ indigenam declarat te Galilęum
At petrus audaci vultu contraria dixit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Et non noſſe virum cępit iurare: Subinde
Deteſtatus eum: quem tantus cęperat error
Tum ſubito cantus nocturnus reddidit ales:
Mox quoq; conuertens oculos: ſeruoq; miſertus
Inſpexit petrum ieſus. memoremq; priorum.
Verborum fecit: cum ter ſe nocte negandum:
Dixerat: at petrus concepto in corde dolore
Egreſſuſq; foras: ſecum defleuit amare

¶ Jeſus mittitur a Caipha ad Pilatũ ⁊ a pilato ad herodem galileę tetrarcham. Judas penitentia ſceleris ductus ſe ſuſpendit. ager figuli emitur ⁊ ieſus ab herode ad pilatum remittitur.

Iamq; rubeſcebat: ſtellis aurora fugatis:
Paulatim ⁊ cęlo lux albeſcebat eoo:
Cum vigiles turbę chriſtũ ad pretoria ducunt
Pilati ponti: qui tunc pro iure quiritum
Jura dabat preſes: Nam ſcribę tum ſeniores.
Conſilio certo puniti morte petebant.
Nec tamen intrarunt turbę de more tribunal
Preſidis: vt non ſint polluti: paſcha volebant
Manducare pij: Quare pilatus ad illos:
Exiuit dicens: Sed quod nunc crimen in iſtum
Affertis: veſtrę vel que nam cauſa querelę
Reſpondent illi: ſi non hic eſſet iniquus.
Et ſi non operum factor foret ipſe malorum:
Non equidem dura plectendum morte daremus
Reſpondit pręſes. Tanti ſi criminis iſte eſt:
Sumite: vos illũ: legeſq; rependite veſtras
Et mores veterum quos veſtra volumina patrum
Conſeruant: veſtris ſeruatis legibus ipſi
Jam damnetis eum: contra clamatur ab illis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Non fas eſt nobis leto decernere quenqꝫ
Sed tu qui cenſes cauſas: ⁊ crimina noſcis:
Accipe: nam noſtram nixus ſubuertere gentem.
Quin etiam auguſto reddenda tributa negauit:
Dum coram iudę regem ſe predicat eſſe
His monitus dictis intrat pretoria preſes
A chriſto querens: Rex nunquid vera fatere:
Ipſe es iudęum: Cui chriſtus non mihi regnum.
Ex hoc eſt mundo dixit Nam ſi foret inquit
Pro me ſtare meos ſpectares nempe miniſtros
Nec data iudęis in me foret vlla poteſtas.
Ad quem pilatus ꝙ ſis rex ergo fateris
Reſpondit dominus: Dicis Sed crimina multa
Cum cõtra fingant inſtructi: cunctꝫ doloſi
Circumſtent teſtes mendacia vana loquuti
Non cuiqꝫ verbum chriſtus poſt edidit vllum
Ipſe autem preſes: tum reſpondere monebat:
Tum miratus erat. ꝙ non ea falſa refellat:
Et demum ad ſtantes turbas exiuit ⁊ illis:
Nil inquit cauſę video: non crimen in iſto
Inuenio. Sed plus clamabant vndiqꝫ turbę:
Subuertit populos veniens modo de galilęa
Ad nos vſqꝫ noue tradit dum dogmata ſectę:
Audijt vt preſes galilęę nomina terrę
Imperio herodes quam tunc tetrarcha tenebat:
Vt gratum faceret regi: quem rurſus amicum
Eſſe ſibi exoptat. nam lis diuiſerat illos:
Mittit ad herodem chriſtum: Nam ſubditus ipſi
Eſt ratione ſoli natalis facta repente eſt:
Pax inter dominos: miſſo iam munere tanto
Interea iudas vt chriſto fata parari

L i

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Vidit: ⁊ ad mortem totam concurrere turbam
Penituit tanti ſceleris Tringintaqꝫ nummos
Rettulit ad ſcribas. Peccaui deniqꝫ dicens
Proditor ipſe fui iuſti nam ſanguinis huius
Cui ſcribe referunt: hoc ſed quid pertinet ad nos
Videris ipſe tuum factum: quos rettulit ipſe
Argenti nummos templo proiecit: et vltro
Inde abiens laqueo ſeſe ſuſpendit ab alto
Accipiunt nummos mercedem ſanguinis illi
Sed non eſſe rati fas. illos corbona ſeruet
Muneribus mixtos: precium quia ſanguinis eſſet
Emerunt agrum figuli. quo inferre liceret
Quoſqꝫ peregrinos defunctos. Nomen ⁊ illi
Fertur achel demach: hoc eſt a ſanguine campus

CAſtitit vt chriſtus. coram iam letior illum
Accipit herodes: hominem qui ⁊ ſigna videre
Tempore iam multo cupijt: Sed copia nunqꝫ
Ante fuit: Primum tunc eſt oblata poteſtas
Cum celebris cauſa feſti veniſſet in vrbem
Herodes igitur multo ſermone monebat
Orabatqꝫ loqui chriſtum: Sed reddere verbum
Non vllum voluit chriſtus. licet ille rogaret
Tum quoqꝫ nec ceſſans: non accuſare remittit
Turba ſacerdotum: quin id conſtantius vrget
Hunc ergo herodes ſpreuit: ſtolidumqꝫ putauit
Illudenſqꝫ illum: veſtem ſuperinduit albam
(Mos erat is gentis: ſtultis hoc addere tegmen):
Poſt tanqꝫ ſtultum Pylati ad iura remiſit

¶ Pylatus ꝯſulit iudeis vt chriſtū dimittat: qr vxor ſomniauit. ieſus induit purpura: ⁊ corona ſpinea. ⁊ arū dine Pylat⁹ ſedit ꝑ tribunali in lithoſtrato lauit ma-

nus ⁊ tradidit chriſtum iudeis.

Et poſtq̃ chriſtus ſic eſt a rege remiſſus:
Tunc iterum preſes turbis: ⁊ plebe vocata:
Sic ait: ecce hoīem quē vos ſubuertere gētem
Dixiſtis: Coram vobis ſpectantibus ipſis
Diſcuſſi: Sed nulla necis iam cauſa reperta eſt
Morte nihil dignum video: nec morte perire
Par erit in ſontem: quem nil peccaſſe docemur
Hoc etiam herodes cenſet: cum nil capitale
Dixerit aduerſus. Sed tantum ſimplicitatis:
Illuſit: niueum dum ſupra induxit amictum
Emendando virum. Seuis cedam ve flagellis
Poſt miſſum faciam: Nam feſti iure dici
Unum de victis mos eſt e. carcere mitti
Scilicet hec preſes dixit. namq; ipſe videbat
Inuidia motos iudeos tradere chriſtum:
Tum quia ius dicens ſolito dum more ſederet
Impiger vxoris venit ſic nuncius orans.
Supplicat hoc precibus tua te vehementius vxor.
Nil facias illi iuſto Pylate moleſti
Plurima propter eum paſſa eſt: p̱ namq; quietem
Ante oculos eius verſata eſt triſtis imago
Tunc populus monitus per ſcribas: ⁊ phariſeos
Non hunc: Sed barabam. clamat de carcere mittas
At barabas latro fuerat. qui nuper in vrbe
Seditio cum nata foret: ſe ſeditioſis
Miſcuit: atq; hominem. crudeli morte peremit
Propterea fuerat plectendus carcere truſus
Tunc igitur ieſum cedendum fuſtibus affert
Militibus preſes Capiti compreſſa corona eſt
E ſpinis: multum que tempora cincta cruentat

Tum quoqꝫ purpureo ceu regem veſtit amictu
Pro ſceptro ⁊ ſacram redimiuit arundine dextram
Ad quem ludendum veniunt. ⁊ poplite flexo
Ut regem iudę ſpernentes ore ſalutant
Hic faciem ſputo fedat: Sed arundine cedit
Ille caput rurſus preſes perduxit ad illos
Hinc ait ecce hominem duco Scitote nec vllam
Quod cauſam inuenio. Coram tunc prodiijt ergo
Ad populum ieſus: preſſus ceruice corona
Ueſteqꝫ purpurea regali tegmine cultus
¶ Hunc cum vidiſſent: illo cum tegmine turbę
Et caput e. ſpinis punctum diademate duro
Clamabant confige cruci: confige merentem
Cum lex noſtra mori iubeat: quicunqꝫ fatetur
Se genitum de patre deo: pylatus ob illud
Extimuit. Rurſus repetens pretoria ſedit:
Et ieſum rogitans: dicebat que ſit origo
Dic tua: fare mihi: Reſponſum non dedit illi
At pylatus ei: Cur non mihi faris: an illud
Neſcius ignoras: ꝙ ſit mihi tanta poteſtas
Ut tibi tam vitam q̄ꝫ mortem tradere poſſim
¶ At nullam ieſus: me contra prorſus haberes
Uim conceſſa foret niſi iam tibi deſuper illa:
Tempore iam ex illo preſes meditatur: vt ipſum
Dimiſſum faciat: Mentem cui plurima turbant
Nanqꝫ timet populum. Populus cognouerat illud
Quare quo timeat magis hic magis ille reclamat
Hunc ſi dimittas: non es cenſendus amicus
Ceſaris: Omnis enim qui regem ſe eſſe fatetur
Ceſareo iuri certe contrarius ille
Tunc magis extimuit preſes ſermonibus iſtis

Propterea cernens fruſtra tentare ſalutem
Illius: ⁊ magnum fieri tota vrbe tumultum
Exijt ad turbas: Chriſtum produxit ⁊ ipſum.
Aſcenditqꝫ nouum dicturus iura: tribunal:
C Nempe locum veteres dixere lithoſtraton illum
Alta tribunalis quo tunc ſubſellia fixit
Gabata iudei dicunt: Tancqꝫ hora diei
Sexta fuit Magni quã poſt venit altera feſti
Tunc reſidens ſcamno preſes ſublimis in alto
Ecce iterum rex veſter adeſt. Senioribus inquit
At ſcribę ⁊ populi primores. ore frementes
Tolle hominem: confige cruci: confige merentem
Non etenim regem (ni rex ſit cęſar) habemus
Tunc accepit aquam preſes: manibuſqꝫ lauatis
Sic ait ad turbas: Sum certe a ſanguine iuſti
Innocuus. penitus tanti ſum criminis expers
Sed vos videritis. Populus reſpondit ad illud
In nos quicquid erit: factum non iure: redundet:
Atqꝫ ſuper natos noſtros ſit deniqꝫ ſanguis
C Tum demum barabam Pylatus miſit inultum
Tradidit ⁊ chriſtum iudęis morte necandum.
Sed prius eſt illi regalis purpura adempta:
Et propria eſt iterum qua in geſſit reddita veſtis.

C Jeſus ducitur a iudęis vt crucifigatur. ⁊ a Simone Cyrenęo in portanda cruce adiuuatur Jeſus ad mulieres verſus. ventura predicit. ⁊ tandem in Caluariam tractus: myſteria paſſionis conſumauit

Poſtq̄ꝫ iudęis eſt chriſti facta poteſtas:
Accipiunt illum: magnoqꝫ furore trahentes
Vt cruce ſuſpẽdant. ꝑperãt q̇dcũqꝫ neceſſe eſt
Jamqꝫ foras fuerant egreſſi: ex vrbe ruentes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Cum forte aſpiciūt redeuntē rure Simonem
Cyręne genitū Mox illum tollere cogunt:
Et portare crucem chriſti poſt terga ſequentem
Turba ſequebatur mulierū hūc atq; virorum
Plangentum: multis ⁊ lamentata querelis
Ad quam conuerſus chriſtus: ſic ore loquutus
Nolite o Solyme matres mea funera flere.
Flete ſuper natos veſtros. ⁊ vos ſuper ipſas
Nam veniet tempus: cum dulci prole carentes
Et que non natos lactarunt vbere matres
Hoc: quia prole carent: ſe dicent eſſe beatas
Orabunt montes: venient vt deſuper altos
Obruat vtq; caput moles a collibus acta
Deuenere locum tandem: quem golgata dicunt
Et quem romano dicas caluaria more:
Tunc mixtum felli vinum tribuere bibendum
Carnifices chriſto: quod cum guſtaſſet amarum:
Non bibit: hinc nudum ſtatuunt. miſereq; trementis
Proſternunt ſanctum corpus: tellure ſupinum
Et cruce confoſſis diſtendunt brachia palmis:
Inde pedes tractos: tantum q̄ ab oſſibus oſſa
Et nerui a proprijs diſcendant artubus omnes
Parte ſub extrema figunt in robore ligni
Tunc clamans ieſus ſic pro tortoribus orat
His ignoſce pater: quia non ſua crimina noſcunt
Nec ſua facta vident: credunt ſed cęde litare
Tollitur ergo deus ſua brachia paſſus in altum:
Atq; duo ſecum tolluntur iure nocentes
Alter erat dextris pendens. alterq; ſiniſtris
Preterea mortis cauſam deſcripſerat alta
In cruce pilatus Jeſus de nazaret vrbe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Et rex iudęum pendens eſt iſte profecto.
His fuerat verbis in ſummo: ſcripta tabella
Hebręis ſimul et grecis pariterq; latinis
Hoc ſcriptum quidam non ęqua mente ferentes:
Pylato dicunt: Noli deſcribere regem
Sed quia ſe regem dixit Nunc talia preſes
Reſpondit. Titulum ſcriptum nec crimina mutem
Quod ſcripſi. ſcripſi. Maneantq; ſcripta leguntur
At poſtq̄ fuerat ieſus ſublatus ad alta
Carnifices. partes veſtis fecere quaternas:
Quiſq; ſuam capiens. Tunicam: ſed rettulit vnus
Quem ſors ferre dedit totam. non illa ſoluta eſt
Cum neq; ſcindendus tantus ſit viſus amictus.
Nam tunica interior partes contexta per omnes
Artis opus mirę fuerat: nec ſutile tegmen
Interea genitrix. chriſti Marięq; ſorores
Diſcipuluſq; ſimul: multum quem ieſus amauit
Aſtabant iuxta lignum. multoq; dolore.
Confecti: vt laſſos regeret vix ſpiritus artus
Quos cum vidiſſet ſublimis in aere natus
Sic ait ad matrem: Mulier non ipſa relicta es
Filius ecce tuus. te iſto ſolabere nato
Diſcipulo rurſus dicens: hanc accipe matrem
Ecce tua eſt genitrix: ex illa protinus hora
Diſcipulus matrem Mariam ſibi cępit habendam
At dum noſtra ſalus. ſublimi in robore pendat
Iactabant illi: cur non deſcendis ab alto
Si natus de patre deo: Diſcrimina pelle
Te ſaluum faciens: alios cum feceris olim
Hoc ſi viderimus credemus protinus omnes.
Nec minus ex illis iuxta pendentibus alter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

In dominum blaphemus erat. Nam verſus ad ipſum
Dicebat. Si certa dei proles: ſi filius ipſe es
Fac nos a tanto tecum diſcrimine ſaluos
Aſt alius latro: dextra. qui a parte luebat
Acriter incuſat ſocium ꝙ talia dicat
Aduerſus chriſtum: dicens cur ore laceſſis
Hunc iuſtum: nullo qui dat pro crimine pęnas
Nos capimus noſtris digna hec nam premia factis
Inſuper ad chriſtum verſus: ſic ille rogabat
Sis memor o noſtri. proles certiſſima ſummi
Regis celicolum: tunc cum tua regna tenebis
Ad quem reſpondens: hodie ſublimia cęli
Ipſe comes mecum ſcandes: Ciuiſqꝫ manebis
Eternum nitidi genitor quo regnat olympi
Preterea q̄ꝫtum poſt ſextam labitur horam
Temporis ad nonam: tm̄ coorperta tenebris
Tota fuit tellus: Solitum nam fundere lumen
Ceſſauit phębus: ceu chriſti fata doleret.
Circiter ad nonam. magna de pectore voce
Clamauit dominus. ſermonem qui incipit hely
Hoc eſt ad quid me liquiſti maxime rector
Cęlorum: terręqꝫ deus: Sed vulgus ineptum
Quod vocet helyam credit: iam cernite dicens
Helyas an preſtet opem: veniatqꝫ vocatus
Ut cruce deponens ex alta liberet ipſum
Et tandem chriſtus ſeries quo tota prophetum
Conſumata foret: languens ſitienſqꝫ popoſcit
Ut potum exhibeant: currens tunc ocyus vnus
Admouit labris domini ſitientis acetum:
Spongia pro cyatho. confixa eſt cuſpide: cannę
Quod cum guſtaſſet renuit; tum protinus inquit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Iam conſumatū eſt: ꝯpleuimus omne quod ante
De me conſcripſit venturum ſancta vetuſtas
Quare poſtremo rurſus clamauit: ⁊ inquit
O pater hanc aīam iam tandem ſuſcipe queſo
In manibuſqꝫ tuis requieſcat ſpiritus ipſe
His dictis: dominus caput inclinauit ad ima
Emiſitqꝫ animam ſanctam moribundus: ad aſtra
Tunc velum templi ſciſſum de culmine ſummo
Ad terram: parteſqꝫ duas ſeceſſit in ęquas
Preterea tellus tremuit. commotaqꝫ tota eſt
Et lapides ſciſſi: Sunt ⁊ monumenta recluſa:
Ex quibus a ſomno ſanctorum corpora multa
Surrexiſſe ferunt: in ſancta pluribus vrbe
Qui ſe monſtrarunt. clara ſub luce per auras
Et quia feſta dies iudęis proxima lux eſt
Nec fore rem dignam viſum. ꝙ corpora feſto
In cruce penderent: a preſide facta poteſtas
Cruribus vt fractis: feſtinent tradere morti
Et cruce deponant: Tortores crura duorum
Fregerunt: fatum donec videre ſupremum
Frangere crura dei ſimili quom ſorte pararent
Viderunt functum. Quare tunc cuſpide ferri
In latus inſultat miles. quod vulnere apertum
Reddidit ingenti: Manarunt ſanguine lymphę
Admixtę. longam cito que fluxere per haſtam.
Candide lector habes ſeriem tibi nempe relatam
Vt moritur dominus: faciat quo viuere ſeruos
Vtqꝫ bonus paſtor perijt: quo ſeruet ouile:
Viuere iam ſtudeas quando mors oīs adempta eſt:
Et patet ad certam latiſſima ſemita vitam
Nunc moritur nullus: niſi qui non viuere curat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

¶ Poete orõ ad deũ loco cõclusionis totius operis

A St ego ſumme pater: poſſet tibi ſi qua referri
Gratia. tẽtarem: quo munera grata referrem
Hoc quia per tãtos me miſeris ire labores
Quos olim fueras humano corpore paſſus
Sed quia nemo tibi poſſet perſoluere grates
Dignas: ⁊ meritis a te venientibus ęquas
Cum neq; qui debet: par ſit cui debita res eſt
Sat mihi ſit ſummum te noſcere: neq; puſillum:
Et dare que nequeo. tibi me debere fateri
Hoc orem potius ſupplex. o Conditor orbis
Ut non in caſſum fueris diuenditus olim
A iuda: ⁊ tanq̃; latro per tempora noctis
Captus ab impuris: Preſtricto fune ligatus
Et ductus preceps: Cunctis deſertus amicis:
Neue ſinas fruſtra pro nobis ſanguine fuſo
Tot mala ſis paſſus Proſit tua membra flagellis
Et faciem ceſam palmis: humeroſq;: caputq;
Pulſatum totiens a ſeua gente fuiſſe
Proſit ꝙ ſputo multum fedatus: ⁊ ora
Illuſus fueris: per ludum rexq; vocatus:
Quod tibi purpureus ſuper eſt inductus amictus
Et data pro ſceptro fuerit ꝙ vilis arundo
Quod ſimul herodes niueo te vellere texit
Utpote qui ſtolido ſimilem te cenſuit: atq;
Proſit mite caput ꝙ ſenſit arundinis ictus
Confoſſumq; fuit ſpinis: ⁊ fronte cruenta
Irrigui fontes manarunt inde liquoris
Nec minus ad noſtram conuertas illa Salutem
Que laſſus portando crucem. tormenta ſubiſti:
Dum tibi membra labant; virtus dum deficit oĩs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Scandenti montem ligni dum pondere preſſus:
Sępe cadis: nullo te de tellure leuante:
Sed traheris dure: nullo miſerante labores
Inſuper ⁊ vinum mixtum. quod felle bibiſti
Proſit ꝙ manibus: paſſis ſublatus ad alta:
Irriſus turpi dederis ſpectacula genti:
Vulnera que claui manuum fecere: pedumqꝫ
Et lateris vulnus fecit quod ferrea cuſpis
Omnia pro noſtra fuerint non vana ſalute:
Et prodeſſe velis que pendens verba loquutus
Ad matrem: ⁊ ſocium: teſtatus voce dolorem
Queqꝫ prius fatus dum pro tortoribus oras
Illa etiam dextro que dixti verba latroni
In cruce dum pendens. Tum ꝙ clamaueris hely
Quod conſummatum: Sitiens ꝙ vina petiſti:
Quodqꝫ animam mandas manibus poſt oīa patris
Lancea: ſint claui: ſit ſpongia: tum ſit arundo:
Que tibi non bibitum: ſitienti miſit acetum
Deniqꝫ non fruſtra mixtas cum ſanguine lymphas
Sparſeris in vanum tellus madefacta cruore
Non fuerint ſacro: veſtes nec ſanguine tinctę
Da pater emptorem: ſimul vt res empta ſequatur:
Quando quidem precium non eſt vulgare ſolutum
Nos res empta ſumus: noſter tu chriſte redemptor
Et tuus eſt ſanguis precium Da lauerit vt nos:
Vnda tui lateris: Quod ſit ſic noxia culpa
Diluta: vt turpis non ſtent veſtigia labis
Sic nitidi facti: ſimus ſic veſte decora:
Inter vt electos numeres nos: quando vocabis
Inter conuiuas: ſacriſqꝫ accumbere menſis:
Nos dignere tuis: qui cuncta in ſecula regnas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Cum patre ⁊ ſancto qui replet Spiritus orbem

¶ Poete gratificatio ad lectorem

Iamq; vale lector: queris ſi noſcere nomen
Auctoris: dedit hoc Mancinus carmen amicis
Et chriſti famulis: maius que tradere vellet
Si poſſet maius: tamen hoc ſatis eſſe putauit:
Iudicium mentis: quod ſit prodeſſe paratus
Omnibus: vt memores facti: per carmina mortis
Quam ſubijt chriſtus: proprie ſint inde ſalutis
Admoniti: ⁊ ſolida chriſti nos morte mereri
Eterne vt vite ſint nobis gaudia: lector
Salue iterum. Clauſo venit iam veſper olympo

¶ Finis

¶ Dominici Mancini. oratio ad virginem

Salue certa ſalus mundi: Sanctiſſima Virgo
Confugium lapſis Preſidiumq; bonis:
Alma parens ſummi regis: tum filia ſalue
Fida hominum tu ſpes: Celicolumq; decus
Virgo ſacri regina poli: tu ſola tonantem
Flexiſti in thalamis Cui ſociata fores.
Sola vtero ſanctum meruiſti ſtringere verbum
Abſq; viri tactu numine facta parens:
Virgo tui patris genitrix ⁊ filia nati
Sola es que ſalua virginitate paris
Clara Dauid ſoboles: ⁊ ieſſe clara propago
Clara es quod veterum ſanguine nata ducum
Clarior at multo es: quia mundi maximus auctor:
Sanguine virgineo naſcitur ipſe tuo:
Et quia cum peteret terras rex ſummus ab alto:
Es ſola hoſpicio digna reperta ſuo
Hoſpita ſola capis quem totus non capit orbis

Et qui cuncta capit hoſpita ſola capis.
Secula non fuerant: cum tu pulcherrima fcã es
Omnibus es rebus tu quoq; facta prius:
Te nihil ante fuit: poſt te fit pontus ⁊ ęther
Et librata ſuo pondere terra loco
Ante quidem facta es: q̃z lex prefigitur vndis:
Ne poſſint fines tranſiliſſe ſuos:
Ante mare ⁊ terras regi formoſa placebas:
Solus amor fueras: delitieq; patris:.
Tu coram domino ludebas tempore in omni:
Perq; omnes fueras lęta puella dies.
Cunctaq; componens aderas in parte laborum:
Ipſe pater tecum conficiebat opus
Per te clauſa diu reſerata eſt ianua cęli.
In patriam exulibus ianua ſola pates
Te ſine vel nullus remeabit ad atria patris
Te duce ſed quiſquis regna ſuperna petet
Rex ſuperum magnę merito te pręficit aulę
Que per te nobis iam reſerata fuit.
Tu cauſas oras hominum: tu crimina purgas.
Tu demum reduces nos pia virgo facis.
Silicet infenſus lapſus pro crimine iudex
Aſſiduis precibus flectitur ipſe tamen
Conſilias homines nato: quos culpa remouit:
Ad veniam nihil eſt te genitrice prius.
Et quos ipſe ſemel pendens a morte redemit:
Sepius hos redimis continuaq; prece
Emicuit cęcis per te lux maxima terris:
Per te ſol radios fundit in orbe ſuos.
Per te quiſq; poteſt ſub lucem carpere callem
Quiſq; poteſt per te pergere tutus iter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Errabant omnes confuſa nocte tenebris
Nec fuit aſtriferi ſemita nota poli
Lactea nunc ſplendet via tuta micantibus aſtris
Omnia ſole tuo nunc radiata patent
Nec tua lux: ſolum nobis oſtentat olimpum
Quin etiam terris cuncta ſecunda facit:
Nunqꝫ lenta venis rebus ſuccurrere noſtris
Et deſperatis tu quoqꝫ rebus ades.
Res fluitent q̄uis hic inde furentibus auſtris.
Non tamen immergi virgo vocata ſinis
Dirigis ad portum qui te colit alma ſalutis
Siue erit in terra: ſiue erit ille mari.
Non ope deſtituis quenqꝫ te diua vocantem.
Te multum quamuis leſerit ipſe prius
Rebus in afflictis ſpes es: fidiſſima cunctis
Seu erit hebreus: ſeu quoqꝫ Turcus erit
Sepe iuuas hoſtes. aduerſaqꝫ tela ferentes:
Tanta tibi eſt pietas: ⁊ pietatis amor
Quicquid formoſi: potuit natura creare:
Id tibi collatum vel vehementer erat:
Nec tibi pars ſteterat: que non miranda fuiſſet.
Nulla vel in toto corpore menda fuit
Te quanqꝫ ſtudio ſpectaret turba virorum
Nulla tamen per te mota libido fuit
Stellabant oculi facies ſuffuſa rubore
Unde iubar ſolis egregiumqꝫ decus
Balſama non tantum mittunt: nec nardus odorem:
Quantum tu ſimplex ſancta puella dabas:
Tu flos perpetuus: qui toto vernat in anno:
Lilia vincebas: purpureaſqꝫ roſas
Sic cunctas matres ſuperabas: atqꝫ puellas:

Lactea ceu multas vna columba nigras:
Augebatqꝫ decus per te geſtatus in vlnis
Paruulus: ⁊ multo pulchrior ipſe puer:
Ille ſinu matris ludit dum paruulus infans
Surgebant cordi gaudia quanta tuo:
Dumqꝫ tibi ridens pendebat ab vbere natus.
Felix pre cunctis tu ſua mater eras:
Non graue pondus erat dum nectit brachia collo:
Illa quidem fuerat ſarcina grata tibi
Geſtabas illum: qui tecum cuncta ferebat
Illum lactabas: qui pater orbis erat
Nunc aſſumpta ſuper celorum culmina fulgens:
Ethereis thalamis virgo locata ſedes
Rex vbi ſtellato ſolio ſubnixus: ⁊ alto
Virgineum merito cinxit honore caput:
Virgo coronata es regno ſublimis olympi:
Et tibi de terris virgo corona data eſt
Te circum angelice certant laudare caterue
Certatim a cunctis es venerata choris
Te laudant acies virtutum ſacra virago
Milicieqꝫ omnis te ſacer ordo colit
Tu radios phebi vincis: tu cornua phebes:
Lucifero preſtas: ⁊ ſuper aſtra micas
Splendidior gemmis: fuluo quoqꝫ pulchrior auro:
Vt res conferri non queat vlla tibi
Clarior es multo q̄ꝫ poſſit fingier arte:
Nec potes anguſta: maxima mente capi:
Deficiēt vatum mentes ⁊ tota poeſis:
Si pergant laudes velle referre tuas:
O vtinam tandem poſſim te cernere coram
Et quam contemplor poſt mea fata fruar

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Interea noſtros virgo ſanctiſſima greſſus
Dirige: nam durus obſidet hoſtis iter
Non ſine te tuti per tot diſcrimina mundi
Tendimus: o noſtras ſuſcipe virgo preces.
Inſtar enim: mundus: fertur conuallis opacę:
Que modicum interius (vt puto) lucis habet
Interius multi laquei tenduntur ab hoſte
Maior ⁊ egreſſu tenditur arte dolus
Nos rege: dum vallis ſiluas erramus opacas
Et rege cum: triſtis exitus: eius erit

¶ Finis

Exaratum Dauentrie ꝑ Richardum Paffraed
Quod magis recognitum ceteris iampridē impreſſis:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 41